



**Questiones spiritualis [con]iuiuij delicias preferentes,
super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis**

Johannes <de Turrecremata>

Lyon, 18. Jan. 1509

D[omi]nica tertia post trinitatem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70506](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70506)

ne fidem et ecclesiam christi persequeretur sicut faciebat. unde ipse viso miraculo volutarie se obtulit ad faciendum quicquid ei xps preciperet. Un̄ ait. Dñe qd me vis facere. volutarie se offerens ad omnē obediētiā. Et dñs ad eum. Ingredere in ciuitatez et ibi dicetur quid te oporteat facere. et ibi doctus fuit a xpo per sp̄s sanctū de oibus ad fidē pertinētibus et p̄dicacionē ipsius.



In domini ca tertia legitur euāgelium. Erant appropinquantes ad iesuz publicani et. Lu. xv. Circa qd pos sunt disputa

ri sequētes questōdes. ¶ Prima vtrum angeli gaudent de peccatoribus penitētiā agentibz. ¶ Secunda. vtrum angelus plus gaudeat de vno peccatore agēte penitentiā q̄ de nonagintanouem iustis qui nō egent penitentiā.



D primaz questioez sic proceditur. et videtur q̄ angeli beati nō gaudeant de peccatoribus agentibus penitentiā. Sicut gaudiū cōtrariatur tristitie. ita penitentie contrariatur pec

catum. sed angeli nō tristantur aut dolent de malis eorum quos custodiunt. quia Apoca. xxi. dicit. q̄ in celesti hierusalē nec luctus nec dolor est ergo nec ipsi gaudent de aliquo q̄ agat penitentiā ¶ In oppositū est euāgelium presens. ¶ Respondeo dicēdū. q̄ angeli gaudent super cōuersione peccatorū agentū penitentiam. Et hoc triplici ratione. Primo quia sue custodie vidēt tam gloriosum fructū. Cuilibet enīz homini ad custodiā angelus ab ortu natiuitatis deputatus est. vt ait hierony. Sicut ergo medicus gaudet quando videt circa infirmum sue curationis fructū. sic angelus multū gaudet cum videt circa hominem sue custodie fructū. Et bernardus sup Lanf. Gaudent angeli in cōuersione et penitentiā peccatorū. salutē hominū sitientes. lachryme penitentū vinū eorum. ¶ Secūdo gaudent. quia ex peccatoribz cōuersis vident adimplere numerū eorum. nam eorum ruina reparat de hominibz. ¶ Tertio gaudēt. quia vident in laudando deum tale se habere. cōsortiū. Primo enim sola natura angelica laudabat deum. sed nature ille addita est natura humana. Unde nunc veraciter dici potest illud Job. xxxviiij. Cum me laudaret astra matutina. id est angeli. et iubilarent omnes filij dei. hoc spectat ad laudem hominū. do minus bona uentura super Lu

Dñica tertia post trinitatem.

cam dicit angelos gaudere de penitentia peccatoris ppter seipsem. Primo. qz destruitur culpa. Secundo. quia recuperatur iusticia. Tertio. quia cofutatur demonu superbia. Quarto. quia efficac efficitur angeloz custodia. Quinto. quia reparatur ecclesia. Sexto. quia placatur ira diuina. Septimo. quia restauatur hierusalez superna. ¶ Ad ratione in oppositu. respodetur negado pñiam. Et ratio est. quia non est simile de gaudio et tristitia. beatitudo enim qua fruuntur angeli admittit gaudiu. sed non tristitia. vnde angelus beatus est susceptibilis gaudij. sed non tristicie. vbi enim est tristicia et dolor. non est perfecta beatitudo. Vnde dicitur Apoca. xxf. mors vltra non erit. neqz luctus nec clamor. sed nec vllus dolor. sed angeli sunt perfecte beati. ergo de nullo dolent. et ideo gaudere potest angelus de salute hominum quous non tristetur de danatione.



D secundam questionem sic proceditur. et videtur quod angelus non gaudeat plus super vno peccatore penitentiam agente quam super nonaginta tantum iustis etc. ¶ Primo sic. Quod est melius est magis diligendum. et per consequens amplius gaudendum quam minus bonum. sed

maius bonum est. etc. iusti quam vnus penitens. ergo angeli beati plus gaudent de. etc. iustis quam de vno peccatore penitente. ¶ Secundo sic. quod est diuturnius magis diligendum est et eligendum. sed bonum innocens est diuturnius. ergo magis diligitur ab angelis. ¶ Tertio sic. resurgens nunquam redit ad tantam dignitatem. quis redire potest ad tantam charitatem. ergo plus est diligendus innocens quam penitens. ¶ In oppositu est euangelium presens. ¶ Respondeo dicendum quod ista littera potest intelligi dupliciter. Vno modo respectu redemptionis humane nature. et tunc deus vel angeli dicuntur gaudere plus de vno peccatore. scilicet agente penitentis id est pro redemptione humani generis quam de. etc. iustis. quia in ea est maior materia gaudij quam in omnibus alijs operibus. non quia melior sit peccator penitens quam. etc. iusti. Vnde in redemptione humani generis plus operatus est deus quam in conseruatione totius multitudinis celestis quia hoc est manifestatum maioris potentie. maioris prudentie. et maioris misericordie. maioris potentie. quia maius est iustificare impium quam creare celum et terram. maioris prudentie. quia Job. xxvj. Prudentia eius percussit superbum. maioris clementie siue misericordie. Vnde Luce. j. Per viscera misericordie

die dei nostri in quibus visitauit nos oriens ex alto. Maior etiam fuit in christo consensio. Maior etiam humani generis sublimitio. sicut illud ps. Quoniam eleuata est magnificentia tua super celos. Unde hoc intelligitur spiritu ad causam nostre penitentie. s. humani generis redemptionem. in qua maior est materia gaudij quam in omnibus alijs operibus dei. Secundo potest intelligi de peccatore quolibet penitentie. Tunc intelligitur quod angelus plus gaudet et c. quia gaudium est magis nouum siue quia habet aliam rationem gaudij in conuersione peccatoris quam non habet de permanentibus in iusticia. Vel quia peccator est feruentior frequenter quam iustus. unde hoc non refert ad omnes peccatores nec ad omnes iustos. sed ad peccatores feruidos post conuersionem et iustos tepescentes. In gregorio exemplificat. et beda in glosa. Maius est gaudium de peccatore quam de iusto stante. Et dicitur in bello illum militem plus diligit qui post fugam reuersus hostem fortiter premit. quam eum qui nunquam fugit nec unquam fortiter egit. (vt h. i. p. q. xx. art. iij. ad. iij.) Et eodem modo est de peccatore post penitentiam uiriliter agente. et de iusto tepido in sua iusticia permanente. Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur quod non ideo angeli dicuntur plus gaudere de peccatore penitente quam de nonagin-

tanouez iustis. quia ipse melior sit quam nonagintanouem iusti. sed propter nouitatem rationis gaudij quam habent de inuentione siue conuersione peccatoris. quam non habent de alijs stantibus. unde dicitur maius gaudium. et c. quam si cut maius est gaudium de sanatione infirmi quam de conseruatione sani. Ad secundam respondetur quod dicuntur angeli plus gaudere de peccatore. quia penitens frequenter magis humilis et feruidus ac cautus resurgit. Ad tertiam respondet sicut dictum est quod penitens plus diligitur. quia frequenter surgit magis feruens.



M domini ca quarta est euangelium Esto te misericordies et c. Luce. vi. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Prima. utrum misericordia ad quam hortamur sit maxima virtutum. Secunda. utrum licitum sit iudicare de alijs ex suspitione.



Quoniam questiones sic proceditur. Et videtur quod misericordia sit maxima virtutum. Prima. Tanto aliqua virtus est melior quanto facit hominem deo similiozem. quia per hoc

mo sic. Tanto aliqua virtus est melior quanto facit hominem deo similiozem. quia per hoc q. iij